



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Peccato Originis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

et fiat remissio in hac vita propter Filium mediatorem. Dam-  
nus etiam furores Marcionis, Manichaeorum, & similes pugna-  
ntum vero consensu Ecclesiaz Dei in hac hora quaestione.

### DE PECCATO ORIGINIS.

DE peccato originis perspicue etiam affirmamus, nos retinere  
consensum vera Ecclesiaz Dei, inde usq; à primis Patribus, Pro-  
phetis, Apostolis, & ab Apostolorum discipulis, usq; ad Augustinum  
& deinceps traditum: & expresse damnamus Pelagium, & omnes qui  
similia deliramenta Pelagianorum in Ecclesiam sparserunt. Ac di-  
cimus omnes homines post lapsum primorum parentum, qui nascun-  
tur ex commitione maris & feminæ, nascentes secum afferre  
peccatum originis, sicut Paulus inquit Roman. 5. Per unum homi-  
num peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors: & Ephes.  
3. Eramus natura filii iræ, sicut & ceteri. Nec nobis  
displexa definitio usitata, dextre intellecta: Peccatum originis est  
causa iusticia originalis debita inesse: quia iusticia originalis,  
non tantum sicut acceptatio generis humani coram D e o, sed etiam  
in ipsa natura hominum lux in mente, qua firmiter assentiri verbo  
Dei poterat: & conuersio voluntatis ad Deum, & obediencia cor-  
dis congruens cum iudicio legis Dei, qua menti insita erat. Ac fuis-  
set homo templum Dei, ut astea dictum est. Hanc omnia  
complexam esse iusticiam originis, potest ex hoc dicto intelligi: Ho-  
mo conditus est ad imaginem & similitudinem Dei, quod interpre-  
tatur Paulus, inquiens: Induite nouum hominem, qui secundum  
Deum creatus est in iusticia & sanctitate vera: ubi certe intelligit  
facundiam veram, omnes virtutes fulgentes in natura nostra diuini-  
tutis, non arte ascitas, aut disciplina comparatas: ut nunc umbras  
vitium qualescumque sunt in hominibus ascitis, quia tunc Deus ha-  
bitans in homine rexistet eum. Cum autem consideratur, quid si-  
gnificet iusticia originalis, deinde minus obscura est opposita pri-  
marij.

Es ist itaq; PECCATVM ORIGINIS, & propter  
lapsum primorum parentum, & propter hanc depravationem quæ  
lapsum fecuta est, nascentes reos esse iræ Dei, & dignos æternâ dam-  
natione, nisi fiat remissio propter mediatorem. Et hæc depravatio  
est, carens iam luce Dei, seu præsentia Dei, quæ in nobis fulsifera: &  
et auctor voluntatis nostræ à Deo, & contumacia cordis repugnans  
legimenti, ut Paulus loquitur: & hominem non esse templum Dei,  
sæpius misericordiam, sine Deo, & sine iusticia. Hoc defectus,  
& hanc rotam depravationem, dicimus esse peccatum, non tantum

R 4 pœnam

pœnam peccati, & rem indifferentem: sicut multi Sententiarj dicunt, hæc mala tantum pœnam esse, & rem indifferentem: & non peccatum: & extenuant malum originis, & singunt postea, homines posse legi Dei satisfacere, & propria legis impletione iustos esse.

VITANDÆ sunt in Ecclesia ambiguitates. Ideo expedit nominamus hæc mala de præuationem, quæ saepe nominatur ab aliis scriptoribus mala concupiscentia. DISCERNIVIS rem appetitionis in natura conditas, à confusione ordinis, quæ lapsum accessit, sicut Ierem. 17. dicitur: Prauum est cor hominis & Paulus inquit, Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum. Ita malam concupiscentiam dicimus esse peccatum: & affirmamus totam doctrinam de peccato, sicut in Ecclesijs nostris proponitur declaratur, perpetuum esse veræ Ecclesiæ Dei consensum.

### DE REMISSIONE PECCATORVM, ET DE IVSTIFICATIONE.

DICTVM est supra, has controværsias pertinere ad explicitem duorum articulorum Symbolij: Credo remissionem peccatorum, & Credo Ecclesiam sanctam catholicam. Nec de rebus necessariis, aut leui bus dicimus. Maxime necessarium est, in Ecclesiæ recte proponi doctrinam de peccato, & intelligi, quid sit peccatum & consipi conscriben, inter iudicia politica & iudicium Dei.

CVM autem non recte ostendant aduersarij, quid sit peccatum, ut iam dictum est, confirmant malam securitatem in hominibus, & multas fallas opiniones. Postea etiam quid est tristis, quæ hoc summum beneficium, remissionem peccatorum, & liberationem à morte æterna, vel obscurare, vel ignorare? Cumq; nec discrimen inter Ecclesiam & alios homines, extincta luce de gratia remissione peccatorum propter filium, & de fide qua remissionem auctor oportet, nec consolatio alia sit, retrahens nos ex morte æterna, ne invocatio vera sine hac consolatione fieri possit: & Deus ipse non præcepit ad diri Filium, & custodiri Euangelium, quod est mirandum decretum prolatum ex arcano consilio diuinitatis, cum ignorare esset omnibus creaturis: maxime necessarium est, veram de rebus doctrinam retineri incorruptam. SED omnibus statim inde usq; à primis patribus, sparsæ sunt præstigia à diabolis, contra veram doctrinam de filio Dei, præsertim in hoc articulo: quas tandem subinde refutauit Deus, excitatis rursus bonis doctoribus, ne finaliter interiret Ecclesia. Ostenderunt Adam, Seth, Noe, Sem, Abram, Isaac, Jacob, Joseph, & alij deinceps verum disserimen Euangeli Dei, & aliorum hominum, & docuerunt Ecclesiæ traditam efferunt.